UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

17. De sanato lunatico. Marc. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

MEDITATIO XVII.

De Lunatico ſanato. Marc. 9. Matt. 17. Luc. 9.

1. *CHRISTO, de monte Thabor deſcendenti, quidam genibus prouolutus obtulit filium lunaticum, quem ſpiritus allidebat, dicens, diſcipulos non potuiſſe illum eiicere.* Cõſidera Chriſtum poſt tantam transfigurationis gloriam non dignitatum iterũ cõuerſari cum ſimplici turba, ægris, & energumenis curationis cauſa adductis. vt diſcamus, etiamſi excellamus magnis naturæ & gratiæ donis, demittere nos etiam ad informandos homines rudes & pauperes, imò & peccatores, ac quotquot infirmi ſunt ſpiritu. 2. conſidera, tunc nos eſſe lunaticos, cum variis animi perturbationibus nos agitari ſinimus, easq; non domamus, ac ita Deo nõ ſolum, ſed hominibus etiam reddimus exoſos, ac tandem eò peruenimus, vt nec diſcipulorũ Chriſti, hoc eſt, Præceptorum & patrum ſpiritualium monita audiamus.

2. *Cum vidiſſet eum* IESVS, *ſtatim à ſpiritu eliſus in terram ſpumabat. Tum Pater. Si quid potes, adiuua nos. Et* IESVS. *Si potes credere, omnia ſunt poſſibilia credenti. Tum*

illi

ille. *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* Et IESVS *iuſſit ſpiritum exire, nec regredi.* Cõſidera, hominem non ſolere tentationibus agitari, quando vitam ſolutam ducit ſecundum voluntatẽ dæmonis, ſed dũ conatur ſe ab eius imperio abducere, & ad Chriſtum per vitam piam redire. Vnde ſapiens dixit. *Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* 2. conſidera, quod dæmon miſerum hunc adoleſcẽtem primo deiecerit in terram: tum variis modis afflixerit; Hoc enim præcipuũ dęmonis munus eſt, vt hominem per peccatum etiam vnicum lęthale in terram deiiciat: nam ſemel prolapſum facile deinde in alia præcipitat. 3. conſidera Chriſtum mãdaſſe dæmoni, non modo vt exiret, ſed etiam, ne rediret, vt indicet peccatorem tum perfecte reſipiſcere, quando non ſolum priſtina peccata deſerit, verum etiam in eadẽ non relabitur, vnde qui facile redeunt ad vomitum, declarant ſe non habuiſſe perfectam contritionem. Eccl. 2.

IESVS *tenens manum, eleuauit ſanatum, & ſurrexit. Diſcipulis autem ſecreto rogantibus, cur non potuiſſent eiicere ſpiritum, reſpondit, propter incredulitatem veſtram, &* 3.

 quia

*quia hoc genus oratione & ieiunio tantum e-
iici queunt.* Conſidera ſanatum manu ele-
uatum, vt intelligeret peccator, in manu
ſua quidem eſſe labi, & peccare, ſed non re-
ſurgere à peccato, ſi abſit Dei gratia: deinde
de vt ſciret ſe poſtquam peccata euomuit,
non debere ociari, ſed in ſanctis operibus
ſe exercere. 2. conſidera, Chriſtum non re-
prehendiſſe palam, ſed ſecretò diſcipulos
ſuos; cum enim eſſent futuri aliorum ma-
giſtri, non cõueniebat eorũ imperfectio-
nes populo eſſe notas vnde diſcimus, op-
portuno tempore & loco arguendas eſſe
quaſdam perſonas: & non ſemper publi-
cè. 3 conſidera quoniam non potuit ſpi-
ritus ille fugari, niſi acriori remedio ora-
tionis & ieiunii, non nunquam ad extir-
panda quædam vitia, vt quæ ſunt conſue-
tudine corroborata, opus eſſe aſperioribus
pœnitentiæ remediis, vt ieiuniis crebris
ciliciis, diſciplinis, confeſſione & commu-
nione,

MEDITATIO XVIII
De muliere adultera, Ioan. 8.

IESVS *rogatus à Phariſais, ſit ne mulier
adultera ſecundum legem lapidanda, in-
cli-*